

versus, nisi in quo et primus pes partem orationis absol-
verit, et tertius trochaeus fuerit in caesura, et quartus pes
dactylus magis quam spondeus partem orationis termina-
verit, quintus et sextus pes cum integris dictionibus fuerint, 335
quod tamen Vergilius a Theocrito saepe servatum victus
operis difficultate neglexit. in solo principio incertum in-
dustria sive casu bucolico versu posito. nam 'Tityre' dac-
tylus pes partem orationis absolvit. 'Tityre tu patulae re-
cubans' tertium trochaeum circa <re> praepositionem quam- 340
vis de composita dictione conclusit. 'Tityre tu patulae
recubans sub' [tegmine fagi] quartum spondeum pro dac-
tylo cum parte orationis exhibuit; 'tegmine fagi' integrum
comma perfecit, cuius rei diligentiam licet in Theocriti mul-
tis versibus admirari.

345